



## **Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.**

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum  
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra  
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure  
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;  
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &  
heriditarias quasi successiones

**Epo, Boetius**

**Duaci, M.D.LXXXIIX.**

26 Cæteri Clerici præter Episcopos cur migrare prohibea[n]tur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

uentus Episcopus qui ad minorem de maiori civitate transfret. En tibi causam quæ moueat quidem episcopos priuatim, sed ex qua causa maius præterea sequatur malum publicum, desertio scilicet ecclesiarum, ceu spiritualis illius coniugij violatio. Sanè Pastores gregem suum pascere iubentur, bonusque Pastor vitam pro suis ouibus ponit, & ad finem vitæ suæ vsque eas diligit, neque de fugiendo vel sese subducendo cogitat nisi fortè mercenarius dumtaxat fuerit de sese tantum pascendo sollicitus non de suis ouibus. Est igitur hæc supina Duareni negligentia, tot ac tam illustres de mystica hac spiritualis coniugij ratione tum cõtextus tum rationes non inuestigasse sed illotis quasi manibus atque tam temerè de tanta re pronuntiasse nec ad fontes ipsos intendisse digitos, cum tamen ipse sine causa nostris hoc obijciat Interpretibus, ex fonte scilicet ipsos non haussisse. Spiritualis huiusmodi coniugij ratio cessat quidem cæteris in Clericis, attamen militaris illa suæ stationis ad extremum vsque spirituum tuendæ ratio totiùsque militiæ præsidia-ria consideratio, priscis canonum ecclesiasticorum spectata conditoribus, etiãnum viget semperque vigeat in omnibus omninò clericis quamdiu status ecclesiæ Christianæ catholiceque saluus perdurabit. Ad permutationes hæc nostras quod attinet, vix vlla reperiuntur in antiquitatibus ecclesiasticis earum exempla. Nam cum beneficia ecclesiastica numerentur & sint inter res quæ non cadunt in hominum

*Sardicensi  
verè relata  
esse in libros  
Decretalium  
contra quàm  
Duarenius di-  
ctit.*

24

*Boni pasto-  
ris officium.*

25

*Supina Duareni  
negligenti-  
a cum temeritate.*

26

*Ceteri clerici  
præter Epis-  
copos cur mi-  
grare prohibeantur.*

27

*Beneficiorum  
permutationes  
cur fieri ne-  
queant, inspe-  
ctaverit ipsa-  
rum etiã natura  
sepositis  
interim  
personis.*

com-